

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr.
	0676
	0674
	0680
103	0670
totum, usque Venetias, et vehementer timui, ne forte et ipsi in has miserias incidenter.	0685
Recesserunt ergo in nomine Domini a Jerusalem domini patroni ambo cum dominis peregrinis, cum quibus misimus duos de nostris, ut de galeis res nostras, quas in ipsis reli- quimus, adducerent in Jerusalem. Venerunt ergo in Ramulam, quaec communiter Rama dicitur, et ibi multis diebus fuerunt detenti et multum vexati. Sunt enim in eadem civitate pessimi nequam, ut patet fol. 85 B. Semper enim recedentes plus vexant quam advenientes. Post illos dies descendernit in Joppen, et in isto descensu Sarraceni duos peregrinos valde tribulaverunt, et in speluncis foetidis Joppe etiam aliquos dies jacere permiserunt, de quibus dictum est fol. 75 A. In illis speluncis fuerunt plures (220 A) peregrini debiles effecti, tum propter loci foetorem, tum propter defectum necessariorum, tum et maxime propter vexationes et tribulationes Sarracenorum et juvenum Maurorum, ut patet fol. 77 B. Importunius autem eos in redditu vexaverunt, unde in tantum exasperati et ama- ricati fuerunt peregrini contra paganos juxta mare, quod con- spiraverunt et conjuraverunt, quod in ingressu navis jugulare et interficere vellent, quotquot ad manus eorum occurserent Sarraceni, juvenes et senes. Ab hoc tamen proposito fuerunt revocati propter nos, qui mansimus in Jerusalem. Nam si unum hominem interfecissent, nos omnes captivassent et forte aliquos ex nobis occidissent in ultionem effusi sanguinis. Frequenter enim contingit, quod in recessu peregrinorum a pagani male se salutant, et quam boni amici fuerint per ter- ram sibi ipsis antedicunt. Unde non sunt multi anni elapsi, quod peregrini concitati a Sarraceni et Sarraceni contra ipsis in portu Joppe acies ordinaverunt ad invicem, et congressionem fecerunt cum eis. In prima mea peregrinatione quatuor diebus man- simus in portu Joppe, vexati et tribulati usque ad ultimum. Sic etiam modo peregrinos vexaverunt, et sicut praemisi, si illorum peregrinorum, qui in Jerusalem remanserunt, periculum non timuissent, sine sanguinis effusione galeas non intrassent. Cum pace ergo propter pacem nostram, qui in Jerusalem fui- mus, peregrini barcas ingressi in galeas navigaverunt, quae usque huc immobiles stabant in locis, ubi eas primo posueramus,	0665
	0725
	0625
	0775
	0575
	0175
	Ende
	Anfang